Jaekel (Gu)

Diss. Berlin
1926.

De Taciti Germaniae atque Agricolae codicibus Aesinate et Toletano

Dissertatio Inauguralis

quam

ad summos in philosophia honores
rite capessendos
Consensu et auctoritate
Amplissimi Philosophorum Ordinis

in

Alma Litterarum Universitate
Friderica Gvilelma Berolinensi

scripsit

Gvernerus Jaekel
Berolinensis

Dies promotionis: 30. März 1926

Druck von Emil Ebering, Berlin NW. 7, Mittelstraße 29

Diss. Berlin
1926.
120

*10535

Ad ordinem rettulerunt: Prof. Dr. E. Norden
Prof. Dr. U. von Wilamowitz-Moellendorff

R. UNIV. BIBLIOTHEEK LEIDEN

E. Norden
O. Regenbogen
s.

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/IA41544323_0050

Caput I.

Cum mihi, quamquam permulti viri doctissimi huic rei dederunt operam, paulo fusius de duobus Agricolae et Germaniae codicibus agere propositum sit, veniam tuam, qui hoc opusculum legis, necesse est impetrem. quam ob rem in initio huius commentarii nihil antiquius habeo, quam ut nonnullos eorum, qui proximis annis de Agricolae et Germaniae libris manu scriptis egerunt, singillatim enumerem, quidque ex eorum libris deprompserim, ostendam.

Nam usque ad annum 1896 huius aevi, quamquam viginti fere Germaniae codices exstabant, ad textum constituendum quattuor tantum libris manuscriptis utendum esse et ex aliorum placitis et ex Wuenschii[1] dissertatione inter viros doctos convenerat. sed cum Wuenschius[2] Agricolae atque Germaniae codicem adhuc ignotum Toleti exstare indicasset Leuziusque[3] Agricolae Abbotiusque[4] Germaniae collationem in usum virorum doctorum promulgavissent, conversa est res. nam cum illorum quos dixi quattuor codicum libros B et b[5] ex uno archetypo, quem X vocamus, C et c[5] ex altero Y appellato fluxisse, X autem illud et Y ex codice Hersfeldense (H), cuius Poggius[6] primus mentionem fecerat, descriptos esse constaret, Toletanum tertiae classi ex eodem H derivatae, quam Muellenhoffius[7] „E Klasse" appellaverat, addicendum esse Abbotius ostendit. quod autem ad

1. R. Wuensch: De Taciti Germaniae Codicibus Germanicis. Diss. Marpurgi Cattorum 1883.

2. Hermes 32, 59, 1897.

3. Philologus Suppl. VIII, 513 sqq. 1900. Quam collationem Abbotius accuratam esse affirmat.

4. The Toledo Manuscript of the Germania of Tacitus in: The Decennial Publications of the University of Chicago, First Series Vol. VI. 1902.

5. cf. p. 3.

6. Pogii epistulae ed. Tonelli I, 168.

7. Deutsche Altertumskunde IV², p. 78 sqq.

Agricolam pertinet, Toletanum meliorem esse utroque codice ad id tempus noto (Vat A et B) Leuzius disseruit.

Sed saeculum XX huius aevi etiam magis favit Tacito quam saeculum XIX. Ces. Annibaldius enim Aesi in bibliotheca comitis G. Balleani anno 1902 librum manuscriptum praeter Dictyis Bellum Troianum Taciti Agricolam Germaniamque continentem invenit et editione diplomatica publicavit.[8] [9] cuius codicis Agricolae media pars scripta est ea scriptura, quam minusculam Carolinam nominamus, neque dubium est, quin haec octo folia quaternio sint ipsius codicis Hersfeldensis, quem omnium Germaniae et Agricolae codicum archetypum esse supra memoravi. initium autem et finem Agricolae totamque Germaniam a Stephano Guarnerio posteriore saeculi XV parte scripta esse Annibaldius monstravit.[10] neque ille vir doctus invenisse codicem et in lucem protulisse satis habuit, sed etiam, cum inquisivisset, quo ex fonte partes codicis illae a Guarnerio scriptae essent derivatae, et Germaniam totam et Agricolae primam tertiamque partem ex ipso Hersfeldensi fluxisse, totum autem Aesinatem (E) archetypum codicis T et ceterorum classis E librorum esse manuscriptorum affirmavit. neque quod ad Agricolam pertinet, quisquam ei oblocutus est; quod autem ad Germaniam, inter Hersfeldensem et Aesinatem librum quendam (Z) intercedere neque ex E sed ex Z classis E codices originem cepisse Wissowa[11] opinatus est Schoenemanniusque[12] discipulus eius argumentis firmavit. librum T autem ex E depromptum esse ei concesserunt. sed ego rem longe aliter se habere arbitratus novam huius rei inquisitionem mihi proposui. priusquam autem ad haec accedam, brevi conspectu singulos Agricolae et Germaniae codices enumerabo.[13] Omnes codices praeter H post annum p. Chr. n. 1457 scripti sunt, quo anno Hersfeldensis

8. L'Agricola e la Germania di Cornelio Tacito nel Ms. Latino Nr. 8 etc. Città di Castello 1907 (Quem librum nota Ann. I. significabo).

9. La Germania di Cornelio Tacito nel Ms. Latino Nr. 8 etc. Edizione Diplomatica-Critica, Leipzig Hassarowitz 1910 (Ann. II).

10. Ann. I, p. 1 sqq.

11. Cod. Leidensis Perizonianus phototypice ed. Praef. est G. Wissowa, Lugduni Batavorum 1907.

12. Schoenemann: De Taciti Germaniae codicibus cap. duo. Diss. Halle 1910.

13. cf. Muellenhoff l. c. IV² p. 55.

mortuo Enochio Ascoleno, qui eum ex Germania in Italiam tulerat, in Italorum manus pervenit. Hersfeldensis autem saeculi noni vel decimi est.

Codices Agricolae:

E = cod. Aesinas lat. 8, cuius partem mediam littera
H = Hersfeldensis (qui est archetypus omnium), cuius partes primam atque tertiam a Guarnerio perscriptas Hedickium[14] secutus littera
G = significavi.
T[15] = Tolet. bibl. cap. IL, 2. Scriptus est ab Angelo Grillo anno 1474.[16]
A = Vat. 3429.
B = Vat. 4498.
Y = consensus librorum A et B.

Codices Germaniae:
Sunt praeter T et E (a Guarnerio perscriptum).
B = Vat. 1862.
b = Leidensis Perizonianus, quem ex Pontani libro, qui codicis B gemellus erat, originem cepisse constat.
X = utriusque consensus.
C = Vat. 1518.
c = Neap. IV c. 21.
Y = utriusque consensus.

Classis „E“ codices (praeter E et T).
L = Vat. lat. 2964.
O = Ottobonianus lat. 1795 continens Germaniam usque ad c XIII, 21 *„ipsa plerumque“*.
R = cod. Ariminensis.
$N^{1,2}$ = editiones Norimbergenses.
R = editio Romana a. 1474.

---

14. Cornelii Taciti De Vita Et Moribus Julii Agricolae Liber. ed. E. Hedicke, Teubner. Progr. Freienwalde a. O. 1909.

15. correctus est ter: T^1, Ta, T^2, quorum T^1 in ipso perscribendi tempore. De Ta et T^2 nihil certi constat.

16. Abbot l. c. p. 3.

Caput II.

Qui sit nexus codicum G et T et Y (AB) in Agricolae cap. 40—46.

§ 1.

De nexu codicum G et T.

Cum omnes, qui ad hunc diem de Agricolae codicibus disseruerunt, Annibaldium[1] secuti codicem T ex G fluxisse affirmaverint neque quisquam eorum accuratius quam ille huic rei operam dedisse videatur, denuo rem investigare mihi proposui. et primum quidem, quibus locis codices T et G inter se differant, tabula enumerabo. numeri sunt et editionis Hedickianae, in qua sola apparatum criticum satis magnum inesse puto, et, qua plerique utuntur, editionis, quam in bibliotheca Teubneriana Andresenus curavit. ea autem, quae singulis locis in codicibus A et B cripta iuvenimus, adiectis litteris A vel B, lectionesque alterius paginae ultimi codicis H folii a Guarnerio erasi nunc photographice recuperati[2] littera H significavi.

Tabula I.

c.	Hed.	Andr.	T	G
41	18 24	276 24	*om.*	deterioribus principem AB
			extimulabant AB	extimulabant (*marg.* existimulabāt.)
42	26	28	occiso ciuica	occiso† civica
	28	277 2	inteırogarent (1 r AB)	interrogar ēt
			occultius AB	occultus
	30	4	obscuri AB	obscuris
	32	8	proconsular (e *vel* i)	proconsular$\overset{i}{e}$ (i AB)
	34	12	laeseris AB	laeseri$\overset{s}{t}$

1. Ann. I p. 134.
2. Ann. II p. 22/23.

c.	Hed.	Andr.	T	G
42	35	13	inrevocabilior	irrevocabilior AB
	37	16	illicita mirari moris est	moris est illicita mirari
			principibus AB	princibus
	19 2	19	in ullum rei publicae usum (*marg.* nullum)	in ullum rei post usum AB *marg.* G: ĩnullũ re p̄ usum *marg.* A in nullum rep usum
43	6	26	interceptum (*corr.* Ta)	interceptum AB
			om.	nobis nihil comperti AB
	7	27	valitudinem AB	valetudinem
	8	278 1	visentis	uisentes A (uisentis B)
	9	4	*om.*	dispositos
	11	7	constabat AB	constabat (*marg.* constat)
44	19	21	uerba	uera AB
	22	25	beatus AB	beatis
	24	27	trayanum	Traianum A Traiarum B
	25	279 2	grande B	grande (*marg.* grave) A
	26	4	velut . . . exhausit AB	velut . . . exhausit (*marg.* vel hausit)
45	20 4	18	non vitae ABH	novitate
	7	23	maestitiam	moestitia AH
			adsidere H	assidere AB
			valitudini AB cf $19,_{7}$	valetudini H
	8	24	contingit	contigit ABH
	9	26	tam A (sed A *marg.* tum)	tum (tum H *marg.* *tam*)
			longae	longe H (longa A)
	11	280 2	comploratus B compositus H (*marg.* comploratus)	comploratus *marg.* compositus A
46	13	4	priorum (corr T²)	piorum ABH
	16	9	te (*H in textu non habet, sed in marg.*)	*ab initio om. intra versus add.*
	17	10	honos AB	honor H
	18	13	formamque (*indicio Leuzii; sed coll. p.* $7,_{8}$ *Hed. ubi Leuzius dubitat, utrum* forma *an fama scriptum sit,* famamque *scriptum esse suspicor*)	famamque ABH
	22	18	tuis ABH	ut tuis
		18/19	quidquid (*bis*) H (*cf.* $17,_{31}$ *Hed.*)	quicquid (*bis*) AB

Subscriptio:

H De Vita Julii Agricolae Liber Explicit.

G Cornelii Taciti De Vita Et Mo/ribus Julii Agricolae Liber Explicit (*post* Mo *novum folium incipit, quod est primum Germaniae).* Inscriptio est eadem quae in initio codicum A et B exstat.

T Finis.

A inscriptione caret.

B *τελως.*

Cui tabulae aliam addere mihi liceat, qua quibus locis codices T et G inter se congruentes a libris A et B differant, ostendatur:

Tabula II.

c.	Hed.	Andr.	TG	AB
40	18 3	275 23	eo	*om.*
	13	276 7	quaererent	quererent
41	18	15	totis (G *in marg.* tot)	tot
43	19 9	278 4	constabat	constabant
44	16	14	decimum	decimo
45	30	279 10	etiam	iam A (*om.* B)
	20 5	19	interfuere H	interfuerunt
	9	26	nobis H	om. sed A m^1 suprasc.
46	16	280 9	temporalibus et H (temporibus *in marg.* GH)	temporalibus
	24	21	ignobilis H	ignobil$\overset{e}{i}$s A ignobiles B

Iam de nonnullis taublae primae locis disputemus.

p 19, 2. T in ullum rei publicae usum (*marg.* nullum).

ABG in ullum rei post usum (*marg.* AG: in nullum rep. usum). quo loco solum codicem T, quod quidem ad verba rei publicae attinet, in textu verum servavisse apparet. quid autem codicum ABG scribae? puto eos, cum, quae in proposito scripta erant, intellegere non possent falsumque aliquid in textu posuissent, compendium, quod in proposito invenerant, in margine adscripsisse; *ullum* autem et *nullum* iam codicis H, ex quo vel ex cuius apographis et T et ABG fluxerunt, variam lectionem fuisse verisimile est. at quomodo fieri potuit, ut T ex falso libri G textu verum exscriberet? quodsi ea, quae in textu habet, ex codicis G margine sumpsit, cur *ullum* in textu posuit, non

nullum? codicem T igitur ex G fluxisse pro vero habendum non est.

Quod mihi opinanti alii loci succurrunt.

p 18, 28 interrogarent T interogarent AB iuterrogarēt G
occultius TAB *(recte)* occultus G.

Quorum locorum priore ille, qui codicem T exaravit, facile id, quod in G iuvenisset, corrigere potuit; quid autem posteriore? cum in G falsum illud *occultus* scriptum sit, in T cum A et B congruente verum illud *occultius* exstat, neque facile T ex falso positivo comparativum recuperare poterat, ita ut hoc quoque loco librum T ex G originem cepisse minime probandum sit.

Neque vero insistam iis, quae recte in G, falso in T exarata sunt; sed alii loci sunt, quibus T ab A et B non dissentiens veram lectionem proferat, G falsam.

p 19, 22. beatus TAB beatis G
20, 4. non vitae TABH novitate G

Accedunt duo loci, quibus discernere non possumus, quid in codice H exstiterit quaeque lectio vera sit.

p 18, 31. T audivit GAB audiit
p 18, 37. T illicita mirari moris est
GAB moris est illicita mirari.

Haec quoque T ex G sumpsisse verisimile non est. itaque, quod ad cap 40—46, T ex G originem non cepisse argumentis satis certis firmavisse mihi videor. quod verum esse etiam iis probatur, quae in capite III de Agricolae cap. 1—12 prolaturus sum.

§ 2.

Quo ex fonte cod. G in cap. 40—46 fluxerit.

Annibaldius[3] probare conatur Guarnerium ex codice H, non ex apographo eius hausisse. dicit quidem I p. 140: „*All ipotesi che il Guarnieri siasi servito di un altro codice, oggi sconosciuto, si oppone anche un altra considerazione*". duobus enim argumentis utitur, ut opinionem suam firmet; altero, quod priora folia a Guarnerio scripta (c 1—12) eodem verbo desinunt, quo primum eorum, quae adhuc exstant, codicis H foliorum incipit, quod illum tam accurate nisi codice H ipso nisum per-

3. Ann. I p. 137.

ficere potuisse verisimile non sit; altero, quod paulo post annum 1460 codicem ab Henochio in Italiam latum Guarnerii in manus venisse ideoque, quod „*le due cc. 69, 76*[4] *si presentano esse talmente sciupate e gualcite da avere avuto bi sogno di rinnovazione*", has duas chartas ab illo ad H renovatas esse contendit;[5] cuius rei argumentum afferre non potest. nos quidem, cum et cap. rei argumentum afferre non potest. nos quidem, cum et cap. 1—12 et 13—40 et 40—46 per se tractanda esse nobis persuaserimus, alterum argumentum ad cap. 40—46 omnino non pertinere, alterum nimis ex ipsius Annibaldii arbitrio provenisse putamus. itaque denuo quam accuratissime investigemus necesse est.

Ac primum quidem insistendum est in subscriptione:

H De Vita Julii Agricolae
G De Vita et Moribus Julii Agricolae
T Finis B τελως A inscriptione caret.

Quaerendum est, cur G, si H exemplar eius fuit, illud *et Moribus* addiderit, cum in initio codicis G scriptum sit: *Incipit liber de Vita Julii Agricolae* omisso illo *et Moribus.* cur igitur Guarnerius altero loco veram codicis H lectionem servavit altero aliquid falsi interpolavit? notandum autem est illud *et Moribus* etiam in initio codicis A exstare.

Iam accedamus ad alios locos.

19, 2. in ullum rep̄ usum (*marg.* nullum) in codice H scriptum fuisse coniectaveramus; quod T bene interpretatus est, GAB autem depravaverunt.

20, 11. H compositus *(marg.)* comploratus
T comploratus
GA comploratus *(marg.)* compositus

18, 31. T audivit
GAB audiit

18, 37. T illicita mirari moris est
GAB moris est illicita mirari.

20, 7. TH adsidere
GAB assidere

---


4. cf. cap. I.

5. Quibus chartis, postquam textum erasit, ad Germaniae textum perscribendum usus est excepta altera alterius folii pagina, quae textu caret. cuius textum prius exstantem photographice recuperavit Annibaldius (II, 22/23).

20, 22. *(cf. 17, 31)*
TH quidquid
GAB quicquid.

Quibus omnibus locis G cum A et B consentit. cum autem et A atque B ex Y fluxisse constet et T nonnullis locis, ut 19, 2, verum servaverit, ubi G idem atque Y vitium admisit, G et Y aliquo modo artius conexos esse consentaneum est. putet quis codicem G ex Y descriptum esse; neque vero ita rem se habere ex tabula II velim tibi persuadeas. nihil igitur relinquitur, nisi ut codicis G exemplar idem atque codicis Y fuisse arbitrati inter codicem H et libros G atque Y librum adhuc ignotum, quem X nominaverim, inseramus. nam inde quod T cum aliis locis tum 19, 2 verum servavit, sequitur, ut non ex H vitium illud commune codicum G et A et B fluxerit, sed ex alio quodam communi archetypo, i. e. apographo codicis H. quod autem ad eos locos pertinet, quibus G et AB inter se differunt, inter X et AB librum Y intercedere velim consideres.

Quibus rebus perpensis hoc stemma poni potest:



§ 3.

Quo ex fonte T fluxerit.

Restat ut de fonte codicis T disseramus. nam cum in § 1 T non ex G fluxisse ostenderimus, quo ex libro T exscriptus sit, quaerendum est. puto autem T ex H originem cepisse. quam rem quamquam certis argumentis affirmare non possum, tamen rationibus satis probabilibus verum coniectari posse puto. nam considerantibus nobis praeter H et T et libros, quos omnes ex X fluxisse in § 2 demonstravimus, nullius codicis vestigia reperta esse, nihil reliquum est, nisi ut T ex ipso Hersfeldensi descriptum esse putemus; ex G enim vel ex alio classis X codice librum

T non fluxisse inter nos convenerat. sed videamus hoc quoque modo, quae ratio inter H et T intercedat: codicis T mediam partem (c 13—40) ex quaternione illo codicis H adhuc exstante descriptum esse Annibaldius bene demonstravit; cum autem T ex G transscriptus non sit, necesse est Grillum, qui T exaravit, prius quam Guarnerium librum H manibus tenuisse. atque Guarnerius ultima duo codicis H folia, quibus scriptura erasa ad Germaniae textum perscribendum usus est, una cum quaternione servato accepisse videtur. quodsi ad Grillum prius quam ad Guarnerium cod. H pervenit, ad eum quoque haec duo folia pervenisse oportet. cui sententiae alia quoque ratione succurramus. Annibaldius enim l. c. haec duo folia bene servata esse negat, codicis T autem capita 40—46 lacunis non paucis depravata esse ex tabula I intellegi potest. puto igitur Grillum, cum ex his duobus foliis librum suum transcriberet, ea, quae aut legere aut intellegere non posset, omisisse (cf. c 13 T *auctor* HAB *auctoritate*, quod per se intellegi non potest); cum autem ad Guarnerium haec duo folia pervenirent, iam eum ad modum vitiosa atque maculata fuisse, ut ille neglectis his duobus foliis capita 40—46 ex codice X sumeret. itaque et cur Guarnerius non his duobus foliis, sed codice X usus sit, explicatur, et codicis T cap. 40—46 ex libri H postremis foliis transcripta esse verisimile fit. neque obstat posterior alterius folii pagina, quam ab Annibaldio photographice recuperatam esse supra commemoravi. neque enim in re orthographica insistere possumus, quod argumentum modo huc modo in contrarium versum nullius momenti est. nam, ut exempla afferam, 20, $_4$, 20, $_7$, 20, $_{17}$, 20, $_{22}$. aliis locis T aliis G cum codice H facit, ita ut hocce modo nihil eruendum sit. quod autem ad 20, $_9$ (bis), 20, $_{11}$, 20, $_{16}$ pertinet Grillum nullo loco utramque lectionem in archetypo suo exstantem exscripsisse sed consuetudine sua hanc vel illam elegisse appart. et ut hoc quoque afferam, 20, $_{18}$ collato p 7, $_8$ (Hed)[6] non formamque, ut Leuzius notavit, immo vero famamque, quod in ABGH exstat, scriptum esse mihi quidem persuasum est.[7]


Nulla igitur re impedimur, ne, quod in initio huius § suspicati eramus, codicis T cap 40—46 ex ipso H exscripta esse pro

---

6. Ubi Leuzius ipse: *fama oder forma?*

7. Sed certe nova codicis T collatione opus est, quam adipisci adhuc mihi non contigit.

certo affirmemus, ita ut stemma hoc modo amplificandum sit:



§ 4.

De lectionibus geminatis, quae in codicibus HTGA exstant.

Postquam duo codicis H apographa, Toletanum atque X illud, quod extitisse coniectavimus, nota nobis esse alterumque ipsum alterius filium unum duosque nepotes adhuc vivere statuimus, de lectionibus quoque geminatis disputandum nobis est. nam eas tantum ex H fluxisse pro certo affirmari potest, quae vel in ipsius codicis H pagina ultima vel et in T et in classis X libris leguntur vel quorum altera in T altera in libris classis X invenitur.

Itaque hoc modo discernendae sunt lectiones geminae

a) quas in H scriptas videmus:

20,$_{9}$ tum-tam HAG tam T

20,$_{11}$ compositus-comploratus HAG comploratus T

20,$_{16}$ temporalibus-temporibus HG temporalibus TA

20,$_{18}$ figeremus-pingeremus HTGA

b) quae et in T et in AG exstant:

18,$_{18}$ T totis AB tot G totis marg. tot

18,$_{30}$ simulatione — simulationis

19,$_{2}$ ullum — nullum

19,$_{17}$ impetus — metus

19,$_{29}$ mitius — Mettius

arcem — villam

19,$_{30}$ nos Maurici Rusticique visus —

nos Mauricum Rusticumque divisimus.

Quae cum iam in codice H variatae fuerint, dubium est, utrum eae, quas nunc positurus sum lectiones, quod aut in GA tantum aut non nisi in G leguntur, codici H an X an G soli tribuendae sint.

c) quae in A et G inveniuntur:
18, 22 inertia et formidine AGT
inertiæ et formidinæ AG *in marg.*
19, 25 grande AGT grave AG *in marg.*

d) quas G tantum variavit:
18, 24 extimulabant TGY existimulatāt G *in marg.*
19, 11 constabat TGY cōstat G *in marg.*
19, 26 velut . . . exhausit TGY vel . . . hausit G *in marg.*

(Codex B nusquam lectionem variam praebet.)

Cum autem earum, quas sub *a*) enumeravi, Grillum nonnunquam, ubi duae lectiones exstabant, alteram elegisse appareat, cavendum est, ne quam lectionem codicum G aut A idcirco, quod in T non exstet, vel in X vel in G vel in Y vel in A interpolation esse putemus. confiteamur igitur hoc nos nescire.

Caput III.

De nexu codicum G et T et X (= Y = AB) in Agricolae cap. 1—12 exstante.

§ 1.

De nexu codicum T et G.

Postquam capite II in Agricolae cap 40—46 librum T ex G descriptum esse negavimus, hoc capite priorem Agricolae partem aggrediamur. ac primum quidem, quibus locis T a G abhorreat, indice referamus:

Tabula III.

c.	Hed.		Andr.		T	G
1	4	1	249	3	L.	Julii
		2		3	mala	magna AB
		8	250	2	extimantur	aestimantur AB
2		16		16	libertade	libertate AB
3		22		25	infirmitas (ti supra) (*corr.* T²)	infirmitatis AB
		25		31	promptissimus AB	promptis simul
		28	251	2	exaptae	exactae
	5	1		6	profexione	professione
4		4		10	equestris AB	equestris (*ante e a erasum*)

c.	Hed.	Andr.	T	G
4	5	251 12	M. B	Marcum A
		13	Syllanum	Sillanum A
	13	24	Sullanum B	
5	17	30	pulcritudinem	pulchritudinem AB
	18	252 1	extimaret	aestimaret AB
6	35	28	comeatus	comeatus AB
7	6 1	253 6	praeturae AB	o praeture †
	2	7	ss claxis (*corr.* Ta)	classis AB
	3	9	nam matrem	matrem (nam *erasum*) matrem AB
	4	10	u casua (*corr* Ta)	causa AB
	8	16	affectati AB	ta affecti corr m¹?
	9	19	ubi AB	ubi cum
8	13	24	potens AB	potens (*in marg. m. pr.* potest *sed nunc erasum*)
			obsequi AB	obsequi (*in marg. m. pr.* consequi *sed nunc erasum*)
	14	26	Petilium AB	Petilium (*marg.* petillū)
	15		virtutes AB	i uirtutes
			habuerunt AB exemplorum AB	habuerunt (*marg.* exemplar) (*utroque loco manus eadem, sed tinctura alia.*)
9	26	254 13	nullam-persona	nullam personam nullam personam AB
	28	17	fuerit AB	fieret fuerit
	29	18	uirtute AB	uirtute (*poste e* m *erasum*)
	34	25	consul graecia (= *A text.*) (A *in marg.* grate *quod B in textu*)	consul // graeciae (*eras. fortasse* em *notavit Ann.*)
10	7 4	255 9	in orientem AB	morientem
	8	15	transgressis et universis fama sed (*dubium utrum* fama *an* forma *notavit Leuze*)	At transgressis |unde et universis fama sed| (transgressis sed AB At ūn et uniūsis fama A *in marg.*)
		16	enorme	inorme B (ī A)
	11	21	Thile	thyle A (tyle B)
	14	25	oceani AB	occeani
	15	26	rettulere	retulere AB

c.	Hed.	Andr.	TG	AB
	7 16	28	accrescere AB	adcrescere
11	18	256 3	coluerint AB	coluerunt
	20	6	arctus	artus A (arcus B)
	21	8	hyspaniam	hispaniam AB hiberia G *in marg.*
	24	12	vicinam AB	vicinam AB vacnam G *in marg. (utraque lectio variata ab eadem manu, sed atramento obscuriore)*
	27	18	otio A	ocio B
12	30	21	in A *m. post.* nationes quaedam	im BA *m. pr.* quaedam nationes AB
	32	25	consul$\overset{u}{\underset{..}{\text{ta}}}$nt *corr* T^a	consulunt AB
	8 5	257 7	humili AB	non humili
	7	11	Brittania	britania AB
	9	13	abesse artem	artem abesse AB
13	12	18	delectum AB	delectum *corr.* in dilectum

Iam omissis omnibus locis, quibus tantum re orthographica T et G differunt, nonnulla contemplemur:

$4,_{25}$ TAB promptissimus G promptis simul

$7,_{4}$ TAB in orientem G morientem

$7,_{18}$ TAB coluerint G coluerunt

Cum in T congruente cum A et B verum, in G falsum scriptum sit omnibusque his locis ex eo quod G scripsit, id, quod in T et A et B recte legitur, Grillus depromere non potuerit, T ex G descriptus non est.

Accedit, quod Grillus ante Guarnerium codicem Hersfeldensem manibus tenuisse nobis visus est,[1] ita ut T ex G exscriptus esse non possit.

§ 2.

Unde G et T originem ceperint.

Quamquam codicem T ex G omnino non transcriptum et in cap. 40—46 ne affinem quidem libro G esse nobis persuasimus, tamen quasi ad intactam rem aggrediamur. tabulae igitur, quam in § 1 posuimus, aliam, qua AB et TG inter se opponantur, addamus.

1. cf. cap. I § 3.

Tabula IV.

c	Hed.	Andr.	AB	TG
3	4 20	250 22	quotidie	quottidie
		23	felicitatem	foelicitatem
	29	251 4	senectutis	servitutis
4	5 3	8	Julius	Tulius
	11	21	philosophiae	phylosophye
	13	25	speciem A spem B	spetiem
6	32	252 24	auctus est ibi filia	nactus est ibi filiam
			(auct' ẽ ibi filia A)	(auct' ẽ ibi filia G *in marg)*
			et	ac
7	6 2	253 7	matrem	nam matrem
				(*in* G nam *postea erasum*)
9	26	254 13	nullam-personam	nullam-persona (m G)
9	6 27	254 15	diminuit	deminuit
	29	18	quaesivit	quaesiit
	32	23	Britanniam *(sic semper)*	Brittaniam
			suis	ipsius
	33	25	elegit	eligit
	34		grate B *et* A *in marg.*	graeciae A *text.*
10	7 2	255 6	ita qꝫ (que) A ita quæ B	itaque
	3	7	fide	fide (*in marg.* fides)
	5	10	&	etiam
	7	14	Caledoniam	Cali(y G)doniam
	8	15	vid tab. III.	vid. tab. III.
	11	20	Orcadas	orchadas
	15	27	dā nari (A *marg.* dnari	dnari
11	26	256 16	britanni *(sic semper)*	brittanni
	27	17	in bellis	bellis
12	8 5	257 7	sydera	sidera
	6	9	fecundum	pecudumque (*marg.* fecūdū
	8	13	suffusa B subfusa A	subfusca (*marg.* subfusa)

Quaestio igitur exsistit, utrum casu T et G tot locis consentiant an affinitate coniuncti sint. quod verisimile fit, cum nonnullos locos pertractamus.

5, 3 AB Julius TG Tulius
5, 32 AB et TG ac
6, 2 AB matrem TG nam matrem
6, 26 AB personam TG persona
6, 27 AB diminuit TG deminuit
et, ne omnia afferam,
6, 32 AB suis TG ipsius

7, 5 AB & TG etiam
7, 8 AB transgressis sed A *in marg.* At uñ uniũsis fama sed
TG transgressis (unde G) et universis fama sed
7, 27 AB in bellis TG bellis.

Ex eodem igitur fonte T et G originem ceperunt. qui autem fons fuit? reicienda primum videtur esse opinio, hunc fontem librum Y vel X fuisse, id quod ex iis, quae in capitis I § 2 disseruimus, aliquis suspicari potest.

Itaque consideres quaeso hosce locos:

4, 29 Y senectutis *(falso)* TG servitutis
5, 32 Y auctus est ibi filia (G *in marg.*) TG nactus est ibi filiam
Y et TG ac
6, 2 Y matrem TG nam matrem *(falso)*
6, 27 Y diminuit *(falso)* TG deminuit
6, 32 Y suis *(falso)* TG ipsius
6, 33 Y elegit TG eligit
7, 5 Y & *(falso)* TG etiam
7, 8 ubi et in G et in T lectio geminata in textum invasit; de eo autem, quod in G hoc correctum est, infra disputandum erit.
7, 25 Y in bellis TG bellis

Minime igitur ex Y T et G fluxerunt; ex X autem eos transcriptos esse verisimile non est, neque vero certis argumentis adhuc firmatur. quod autem his capitibus codicis X testem non habemus nisi librum Y ex A et B consentientibus recuperatum, una contemplandi sunt X et Y. sed differamus hanc quaestionem, utrum T et G ex X fluxerint necne, dum novam rem, qua disputata diiudicari posse quaestionem puto, in § 3 moverimus.

§ 3.

De correcturis codici G illatis.

In his capitibus aliquot locis ea, quae prius in G scripta erant, partim, ut quidem eruere possumus, a Guarnerio ipso, partim a posteriore manu correcta sunt. sunt autem cum alii tum hi loci:

6, 2 G nam matrem (*sed* nam *erasum*)
T nam matrem AB matrem.

Quoniam T et G ex eodem fonte fluxisse nobis persuasimus, in hoc fonte nobis adhuc non comperto illud *nam* extitisse no-

tandum est. correxit igitur Guarnerius vel alius quidam non ex proposito codicis G, sed aut nullo libro aut alio quodam usus, ita certe ut nunc eadem in G legantur quae in A et B. eodem modo res se habet

7, 8 T Transgressis et universis fama sed

G transgressis unde et universis fama sed (Al)

AB transgressis sed A in marg.: Al unde et universis fama sed.

Annibaldius autem cum altero loco: „*abraso nam e poi tirata una retta con inchiostro sbiadito e forse di mano posteriore*" (unde concludat, intellegi non potest), altero „*il segno sopra e la sottolineazione con inchiostro diverso da quello del testo*" adnotatione dicat, correcturae postea illatae testis est. quid autem his correcturis in codice G effectum est? nonne ea, quae in A et B, id est in Y vel X leguntur? Guarnerium ex libro X cap 40—46 transcripsisse ostendimus; tenebat igitur manibus; num audacius est suspicari, ad librum X cap 1—12 eum correxisse? quae opinio ea quoque re firmatur, quod signo At, quo hoc uno loco Guarnerius variatam esse lectionem significavit, teste codice A is, qui codicem X perscripsit, et aliis locis et hoc ipso usus est. uterque igitur locus a Guarnerio codice X nitente correctus est. 7, 8 autem lectio variata, quae falso in codicis H contextum invaserat, id quod ex T et G consentientibus concludi potest,[2] ab eo, qui X perscripsit, recte intellecta atque significata est.

Idem suspicari possumus duobus aliis locis:

7, 21 T hyspaniam AB hispaniam G hispaniam (*marg.* hiberia)

7, 24 TAB vicinam G vicinam (*marg.* vacuam)

Utroque enim loco Annibaldius adnotat: „*La lezione marginale pare della stessa mano, ma con inchiostro meno scuro*". Et verbum hiberia et vacuam scriptum est a Guarnerio, neque vero, ut suspicari quidem possumus eodem tempore, quoniam alio atramento usus est; nonne, cum libro X nisus capita 1—12 corrigeret, haec duo verba scripsit? Si non certum, attamen verisimile est.

Aliae quoque correctiones non rarae in his capitibus inveniuntur. sunt autem hae:

2. cf. § 4.

5,$_{4}$ G equestris (a *ante* e *erasum*)
5,$_{16}$ G Britannia *(post a* m *erasum)*
5,$_{16}$ G Britannia (post a m erasum)
5,$_{23}$ G recuperatae; *(Ann: altra lezione abrasa in margine con segno di relazione a* recuperatae. *Lipsio ha* reciperatae.)
5,$_{35}$ G praet^{o}ure † *(Ann: l'o sopra e il segno di corr. in. marg. di mano posteriore e con inchiostro sbiadito).*
6,$_{4}$ G affecti^{tati} *(Ann:* ecti *su abrasura; la lezione sopra pare della stessa mano; in margine le tracce di lez. abrasa, probabilmente vi era stato scritto* tati.)

Puto in codicum T et G archetypo in textu *affecti* in margine *affectati* scriptum fuisse; quarum lectionum T ex consuetudine sua alteram elegit (cf 20,$_{9}$ Hed; 20,$_{11}$) G utrisque perscriptis postea, cum in X affectati inveniret, illud affecti litteris tati suprascribendis correxit.

6,$_{8}$ G ubi cum
6,$_{9}$ G potens; *in marg. m. pr.* potest, *sed nunc erasum*
6,$_{13}$ G obsequi; *in marg. m. pr.* consequi, *sed nunc erasum.*

Has lectiones in margine aliquando exstantes Guarnerium, cum ex proposito sumpsisset, postea, quod in X non essent, erasisse puto.

6,$_{15}$ G habuerunt . . exemplorum *in marg. habuit . .* exemplar.
Ann: la lezione marginale della stessa mano del testo, ma l'inchiostro non è il medesimo.
Suspicor ea, quae in margine sunt, ex X fluxisse.
6,$_{26}$ G personam
6,$_{28}$ G fieret fuerit
6,$_{29}$ G virtutem
6,$_{33}$ AB elegit TG eligit Ann: *abraso sopra* eligit *il segno di relazione al margine, in cui e praticata una radicale abrasione di lezione indicifrabile.*
6,$_{34}$ G consul//graeciae (*erasum* e *vel* em)
8,$_{5}$ G non humili

Quibus locis punctis positis lectio mutata est, nihil certi cognosci potest; iis autem, quibus vestigia lectionum prius in margine exstantium intelleguntur, infra insistemus.

§ 4.

Ad paragraphi secundae quaestionem revertamur.

In fine § 2 non satis nobis perspicuum erat, utrum T et G ex X fluxerint necne. nunc autem, cum correctum esse G a Guarnerio codice X nitente in § 3 apparuerit, nullo modo fieri potest, ut T et G originem ex X ceperint. neque igitur ex X neque ex alio huius stirpis libro T et G transcripti sunt. quoniam autem praeter classis X libros et T et G alia codicis Hersfeldensis apographa fuisse negavimus, nihil relinquitur, nisi ut ex ipso H et T et G fluxerint. aliae quoque rationes hanc opinionem firmant; nam primum quidem codicis T et secunda et tertia pars ex ipso Hersfeldensi exscriptae sunt; tum autem codicis G inscriptio: *De Vita Julii Agricolae* eadem est atque quae in fine codicis H invenitur. itaque in cap. 1—12 T et G communem originem ex ipso Hersfeldensi cepisse pro certo habendum est.

§ 5.

De lectionibus in codicum marginibus adscriptis.

Primum quidem eas lectiones enumerabo, quae et in T et in G variatae iam in H geminatae erant, deinde de iis disputabo, quae in G solo duplices sunt, tum eas proferam, quas in H extitisse concludi potest, omissis omnino iis, quae nec in T nec in G sed in A modo leguntur ideoque non H sed vel Y vel A ipsi tribuendae videantur.

Et in G et in T insunt, itaque in H fuerunt variae:

$7,_{3}$ fide (*marg.* fides); B fide, A fidē

$8,_{6}$ pecudumque (*marg.* fecūdū) AB fecundum

$8,_{8}$ subfusca (*marg.* subfusa) A subfusca B suffusa

Quae lectio teste A et B in X quoque variata erat.

Hae in G tantum geminatae sunt

$5,_{32}$ GT nactus est ibi filiam G *marg.:* auct'ē ibi filia

AB auct'ē ibi filia.

Annibaldius, quando aut a quo lectio in libri G margine adscripta sit aut adscripta esse videatur, non significat. mirandum autem est non nisi in G duplicem lectionem inveniri eamque,

et B. neque vero investigari potest, utrum ex H an ex X, cum correctio fieret, originem ceperit.

6,$_{13}$ TABG Petilium (G *marg.* petĩllū).

Hoc quoque loco, quod Ann. silet, nihil pro certo affirmari potest.

7,$_{15}$ TABG habuerunt . . . . exemplorum
(G *in marg.* habuit . . . . exemplar.)

Ex iis, quae in § 3 dicta sunt, hanc lectionem non ex H sed ex X a Guarnerio transcriptam esse verisimile est.

7,$_{21}$ hispaniam (G *in marg.:* † hiberia y)

Sequens autem verbum est: GF hiberos A hiber[a]os B Iberas

Praeter ea, quae in § 3 de hoc loco disserui, alia argumenta sunt, quibus verbum hiberia a Guarnerio ex X, non ex H de promptum esse probetur. nam signum illud † appositum in G praeter c 42, (p 18,$_{26}$) nisi in cap 1—12 non occurrit, et id quattuor locis, ex quibus hic unus est. ceteri sunt

5,$_{35}$ G praet[o]ure † ubi Ann: *L'o sopra e il segno di corr. in marg. di mano posteriore e con inchiostro sbiadito.*

6,$_{2}$ G classis othoniana licenter uaga dū ī templo (liguriae pars est) hostiliter | †
Ann: *La parentesi e il segno di corr. in marg. con inchiostro sbiadito come sopra.*

7,$_{11}$ G qu[†]ia Ann: *Altro segno di dubbia lezione? Il vaticano A legge q² interpretato da Urlichs e altri per quia.*

Non igitur signum † ex H fluxit, sed, ut quidem ex 7,$_{11}$ suspicari possumus, ex X. quam ob rem et illud hiberia et

7,$_{24}$ GTAB vicinam (G *marg.* vacuam) non ex H sed ex X a Guarnerio exscripta esse puto.

Restat, ut eas lectiones enumeremus, quas in codicibus nostris aut non omnibus aut omnino non variae exstantes in H geminatas fuisse opinamur. tribus enim locis: 6,$_{4}$, 6,$_{9}$; 6,$_{13}$ lectiones in codicis G margine prius adscriptas nunc erasas in codicum G et T archetypo exstitisse in § 3 demonstravimus; quem archetypum Hersfeldensem ipsum esse inter nos convenerat, ita ut tres illae lectiones marginales codici H tribuendae sint. quae conclusio non nullius momenti est ideo, quod timendum

est, ne non omnes lectiones in H aliquando variatae nobis traditae sint maximeque in cap. 40—46, ubi ex H ipso unus T fluxit; quem non raro duarum lectionum alteram, non utramque transcripsisse capite I in fine paragraphi tertiae statuimus.

Caput IV.

De codicis H parte servata (Agr. cap. 13—40).

§ 1.

Codicem H ex libro X correctum esse demonstratur.

In capite II codicis Aesinatis ultimam partem ex X originem cepisse, in cap III primam huius libri manuscripti partem ex H transcriptam ad X correctam esse intelleximus. quaestio igitur non parva oboritur, utrum Guarnerius, cum capita 1—12 et 40—46 suppleret corrigeretque, codicis H quaternionem quoque adhuc servatum correctionibus ex X derivatis depravarit necne. itaque nonnullos locos diligentissime consideremus.

$12,_{30}$ (Hed.)

H $\overset{\text{R}}{\text{n}}$onanis (R *suprasc. man. rec.*)
T nonanis
Y (X) Romanis.

Nonanis lectionem multo elegantiorem atque rariorem ideoque veram esse nemo est qui neget. itaque non dubium est, quin T et codicis H manus prior genuinam lectionem praebeant. quid autem quod *Romanis* illud in H falso interpolatum teste A et B in Y et fortasse in X exstitit? quae cum ita sint, hoc loco Guarnerium codice X nisum librum H correxisse vel potius peiorem reddidisse manifestum est. tum autem codicis T, priusquam H ad Guarnerium perveniret, transcripti novum argumentum attulimus.

$9,_{25}$ H T sed *(sed in H a man. rec. deletum)*
Y *om.*

Eodem modo atque priore loco res se habet; nam in H vera lectio prius scripta postea in eam, quam in X exstitisse coniectare possumus, corrupta est.

$10,_{18}$ H transvex̄ (s *expunxit man. rec.*)
T transvexit

A tranvex

B tranare extra

Correctione igitur id, quod in X scriptum erat, in H effectum est.

11, 13 H qui & i in otio *(in marg.* & otio *add. man. rec.)*

T qui& in otio

Y quieti et otio

Id, quod in margine libri H a manu recentiore additum est, in contextu codicis Y i. e. X exstitit.

11, 29 H conuitiis (c *suprasc. man. rec.*).

T conuitiis

A conuiuiis (c suprascr.)

B conuiuiis

Littera c cur in H suprascripta sit, intelligi vix potest; in A autem, ubi conuiuiis scriptum erat, suo loco stat. puto igitur, ex X in H correctionem invasisse.

14, 9 H adque *(in* atque *corr. man. rec.)*

T adque

Y atque

14, 13 H fortunaeque *(in marg.* que *man. rec.)*

T fortunaeque

A fortunae Quae (*in marg.* que)

fortunæ, quæ

Quid in codice H illud *que* sibi vult? nam idem est atque in contextu. in X autem teste A et B in contextu verbum *quae* exstabat, ubi in marg. *que* adscribi optime factu erat. itaque ex X in H irrupit illud *que*. eodem autem modo hoc loco res se habet.

T bregantum

A Bregantium *(sed postea correctum)*

9, 31 H bregantum (*in marg.* bregantū *man. rec.*)

B Bregantum

Lectionis in X variatae A *(man. pr.)* et B testes sunt.

Accedunt omnes loci, quibus aut *Britanniae* aut *Britannorum* verbum scriptum invenitur. nam et T G in cap. 1—12 (in cap. 40—46 haec duo verba nusquam occurrunt) et H litteram *t* bis ponunt, Y plerumque semel. plerisque autem codicis H locis altera *t* puncto deleta est. Guarnerius igitur ea, quae ipse transcripserat, non tam accurate cum X contulit, ut unam quamque litteram corrigeret; cum autem codicem H diligentissime

pervestigaret, quod librum X secutus verbum Britanniae et Britannorum una tantum *t* scribendum esse arbitrabatur, quamquam non in cap 1—12, tamen in cap. 13—40 alteram *t* delevit.

§ 2.

De singulis codicis H locis correctis.

Quibus locis allatis neminem dubitare puto, quin H a Guarnerio ad X collatum correctionibus ex suo ipsius apographo illatis depravatus sit. neque vero omnes adhuc attuli locos, quibus rem ita se habere puto; cum autem vel bis vel ter liber H correctus esse videatur, quam possum accuratissime investigare mihi proposui.

Cum enim T ex H prius transcriptus sit quam H a Guarnerio interpolaretur, dubitari non potest, quin omnium earum correctionum, quae in T quoque leguntur, Guarnerius auctor non sit. quando autem et a quo codici H illatae sint, non satis constat; sed eodem fere tempore, quo H perscriptus est, in codicem eas invasisse cum Annibaldio putaverim. ac primum quidem eas lectiones codicis H proferam, quae teste T correctam lectionem proferente sine ullo dubio ante s. XV. effectae sunt; quae utrum omnes ab eodem correctore provenerint necne, eruere non potui, ita ut omnes littera m^2 significaverim.

Tabula V.

c	Hed.	Andr.	H *(corr. m^2)*	T	Y
13	8, 14	257, 20	primum (primus)	primus	primus
	18	28	mouili (mobili)	mobili	mobili
15	33	258, 24	& quibus (e *supra* &)	e quibus	e quibus
	9, 4	259, 2	dilectus (delectus)	delectus	delectus
	5	4	si &	si	si
16	20	27	q; (eo *add* m^2)	eoque	eoque
	26	260, 9	praebuit (praefuit)	praefuit	praefuit
17	31	16	minutae	minuta	minuta
	10, 3	22	subiit *ab initio omissum supra vers. add.* m^2	subiit	*om. (puto quod pro coniectura habuit)*
	4	24	gentem armis gentem (gentem *post* armis *del et in fine versus autecedentis add.* m^2)	gentem armis	gentem armis

c	Hed.	Andr.	(H *corr.* m^2)	T	Y
18	6	261, 1	es atate	aestate	aestate
	14	13	animo (animus)	animus	animus
	16	16	cumius	cuius	cuius
	23	28	pro speritate	prosperitate	prosperitate
	24	29	continuit si (continuisse)	continuisse	continuisse
19	30	262, 9	Ne milites scire	milites nescire	milites nescire
	11, 1	17	i adsedere	adsidere	adsidere
			h orreis	horreis (A *ex* hordeis *corr.*)	
20	4	24	sine incuria (sine *exp.* in *ante* curia *add.* m^2)	incuria	incuria
	5	26	contractu(contracto)	contracto	contracto
	6	26	aesturia	aestuaria	aestuaria
	10	263, 5	& tanta (& *add.* m^2)	et tanta	et tanta
21	14	11	is honor & aemulatio	honoris aemulatio	honoris aemulatio
22	24	27	e eruptionis	eruptiones	eruptiones
	25	26	n adnuis	annuis	annuis
	30	264, 8	super erat	supererat	supererat
23	31	11	um exercitus	exercituum	exercituum
25	12, 18	265, 11	ac montium	ac montium	ac montium
			u fluctum	fluctuum	fluctuum
	22	17	oppugnase (Ann: *L'amanuense avea scritto oppugnase, che poi corr. tirando una linea... che potrebbe leggersi anche oppugnasse*)	oppugnasse	oppugnasse
26	26	24	incognitum	cognitum	cognitum
	29	266, 1	q. peditum	peditumque	peditumque
	32	5	o partarum	portarum	portarum
			i angustis	angustiis	angustiis
		6	hostis (*in marg.* e)	hostes	hostes
		7	uttulisse (intulisse)	intulisse	intulisse
27	13, 1	10	conscientiae	conscientia	conscientia
			uirtutis	uirtuti	uirtuti
	6	18	tura (tuta)	tuta	tuta

c	Hed.	Andr.	H (*corr.* m^2)	T	Y
28	12	28	a adquam	ad aquam	ad aquam
29	25	267, 21	adfluebant	adfluebat	adfluebat
	26	22	id viris	viridis	viridis
30	29	27	hodiernum diem consensuq; ūrm hodiernum diem	hodiernum diem consensumque vestrum	hodiernum diem consensumque vestrum
	14, 4	268, 10	Nunc tum	nunc	nunc
	5		t par&	patet	patet
	7	13	defuerae	defuere	defuere
		14	m et terrae mare	terram et mare	terram et mare
32	14, 26	269, 15	u dicto	dictu	dictu
	31	22	cū (*in initio versi ante versum* cir *add.* m^2)	circum	circum
33	15, 8	270, 8	procursus	procursu	procursu
	13	17	u exercitum	exercituum	exercituum
36	et 24 et 16, 12	271 6 272, 14	uataueorum (e *del et in marg.* batavorum *add.* m^2)	Batavorum	B Vatavorum A Batovorum B
	13	16	h inabitabile	inhabile	inhabile
	20	26	i equestres ea enim (i *supr* m^2 ?)[1]	e equestris ea ·n·	i A equestres ea enim B equestres ea enim
	21	273, 3	exterritis	exterriti	exterriti
37	23	6	paucitatem (*m add.* m^2)	paucitatem	paucitatem
			e spernabant	spernebaut	spernebaut
	26	10	s pulso	pulsos	pulsos
	31	17	h lumus	humus	humus
	17, 2	22	i indagines	indaginis	indaginis
	4	274, 2	seque (sequi)	sequi	sequi
	7	7	i iuvenali	iuvenili	iuvenili
38	14	17	u ibique	ubique	ubique
	15	19	i demissis	dimissis	dimissis
	16	20	(& *supra vers. add.* m^2)	et	et

1. cf. tab. VI ad locum.

c	Hed.	Andr.	H (*corr. m*[2])	T	Y
39	23	275, 4	qu(o)arum	quorum	quorum
	27	9	autcumque	utcumque	utcumque
	28	11	quo(d)que	quodque	quodque
			sae | uire (uire *del et* uae *in fine versus post* sae *add. m*[2])	saevae	saevae

Venio ad eas lectiones, quae a Guarnerio correctae esse videntur. cuius rei testis est T cum priore codicis H lectione congruens, cum posterior libri H manus cum Y consentiat. quas correctiones signo m[3] notavi.

Tabula VI.

c	Hed.	Andr.	H (*corr. vel add. m*[3])	T	Y
13	8, 17	257, 26	praecipue (*marg.* praeceptima) *m*[3]	praecipu	A precipue (*marg.* praeceptum) B praeceptū . i .
	8, 18	27	Brittania (*sic paene semper*)	Brittania	britania
16	9, 25	260, 7	sed (*del. m*[3])	sed	*om.*
21	11, 13	263, 9	qui & i inotio *marg.* et otio *m*[3])	qui & in otio	quieti et otio
22	11, 23	24	agricola(ab *in marg. add. m*[3])	agricola	ab agriçola
	11, 29	264, 6	con(c)uitiis	convitiis	A con(c)uiuiis B conuiuiis
26	12, 30	266, 3	(R)nonanis	nonanis	Romanis
36	16, 20	272, 26	ea *in marg.* ei *m*[3]) *cf. tab. V; X illud* i, *quod in H supra* equ(i)estres *positum erat, falso supra* (i)ea *collocavit*)	ea	A e(i)a B ea
39	17, 21	274, 28	(n)ulla	ulla	nulla
40	18, 1	275, 20	atilli	atilli	A Atili A Actilij

Accedunt nonnulli loci, quibus, utrum a Guarnerio mutati sint necne, satis discernere non possumus, quod nec in ullum apographon lectio correcta influxit nec ex ullo hausta videtur. fieri autem potest, ut a Guarnerio vel alio Italo nullo libro manuscripto nitente provenerit. quibus locis ex iis, quae ex Aesi-

nate cognoscantur, discrimen profluat necesse est; sed Annibaldii curam, quod quidem ad hoc attinet, minus accuratam esse mihi persuasi. nam ut exemplum afferam:

5, 32 G nactus est ibi filiam *in marg.* Auct' e ibi filia.

Annibaldius nihil ad hunc locum adnotat; in codice A autem iisdem compendiis *auct' e ibi filia* in contextu scriptum est, ita ut aut scriptura aut tinctura diiudicandum sit, utrum ex H an ex X lectio fluxerit. tum ubi totum verbum vel duo scripta sunt, dicit: „*Pare di* m^3“ vel tale; sed aliis locis, ubi una littera addita vel puncti infra positi sunt, pro certo affirmat aut *di* m^2 aut *di man ant.* aut *di man. rec.* aut *di* m^3; nescio quomodo, qui scriba punctum fecerit, intellegatur (nam de tincturis praeter hoc adnotationes profert); praeterea autem, quod praeter m^2 aut m^3 *man ant.* aut *di man. rec.* aut *di* m^3; nescio quomodo, qui scriba movet. —

§ 3.

De nonnullis codicis H lectionibus geminatis.

Eodem modo atque correctiones lectiones variae distingui possunt. non igitur a Guarnerio sed a priore quodam scriba geminatim scriptae sunt, quae aut et in Hersfeldensi et in Toletano variatae sunt aut quorum lectionum altera in codicis H altera in codicis T contextu legitur. sunt autem hae:

Tabula VII.

ed.	Andr.	H (*marg.* m^1 *aut* m^2)	T	A	B
9, 13	259, 15	uo adicca *marg.* bouid | icta	uo addica *marg.* bouid icta	Voadica	Voaduca
26	260, 9	facta exercitus licentia ducis salute (*marg.*): pacti exercitus licentiam dux salutem	*in textu om.* *in marg.*: pacti exercitus licentiam dux salutem	pacti exercitus licentiam dux salutem; (*marg.*) At facta exercitus licentia ducis salute	pacti exercitus licentiam dux salute
0, 3	22	substinuitque (*supra*: subiit)	subiit sustinuitque	sustinuitque	sustinuitque
29	262, 8	privatis *marg.* privatus	privatis *marg.* privatus	privatis (*supra*: u)	privatius
33	15	auctionem *marg.* exactionem	auctionem *marg.* exactionem	auctionem *marg.* exactionem	exactionem *marg.* auctionem
1, 20	263, 20	ad Tanaum *marg.* ad taum	ad Tanaum *marg.* ad taum	ad Tanaum *marg.* Taus sive Tanaus	ad Tanaum

c	Hed.	Andr.	H(*in marg.* m^1 *aut* m^2)	T	A	B
25	12, $_{13}$	265, $_{3}$	uo dotriam *marg.* bodot / aȝ	uodotriam *marg.* bodot / am	Bodotriam	Bodotrian
26	$_{22}$	$_{18}$	castellum *marg.* castella	castellum *marg.* castella	castella^{um}	castella
			ėxcedendum*marg.*&	et cedendum	et excedendum	et excedend
	$_{32}$	266, $_{6}$	hostis *marg.* e	hostes	hostes	hostes
28	13, $_{12}$	$_{26}$	praevehebantur *marg.* phebantur di (*m*²)	prebebantur *marg.* prevehe	praevehebantur *marg.* prebe At	praeveheban
29	$_{26}$	267, $_{22}$	uiris *marg.* uirens	uiridis *marg.* uirens	uiridis marg uirens	uiridis
32	15, $_{4}$	270, $_{1}$	aegra municipia *marg.* taetra mani-cipia	aegra municipia *marg.* taetra man-cipia	aegra municipia *marg.;* taetra man-cipia	aegra munic
34	15, $_{28}$	271, $_{13}$	dementium *marg.* et metuentium	dementium et metuentium	et metuentium	et metuenti
38	17, $_{20}$	274, $_{21}$	praelecta *marg.* latere lecto	prelecto	lecto *marg.* At praelecto	lecto
39	$_{21}$	275, $_{1}$	ut erat Domitianus *marg.* domitiano moris	ut erat Domitianus *marg.* domitiano moris	ut domitiano moris erat *marg.* At utēat Domitian'.	ut Domitiar ˌerat

Accedunt nonnullae lectiones, quae, quamquam nihil certis argumentis affirmare possum, tamen veteres esse mihi videntur:

(c. 14) 8, $_{26}$ parta a prioribus HTAB parta priore H *in marg.*

(c. 16) 9, $_{19}$ durius HTAB dubius H *in marg.*

(c. 22) 11, $_{22}$ castellis HTAB telis H *et* A *in marg.*

(c. 25) 12, $_{17}$ mixti HTA misti B mixto? H *in marg.*

(c. 29) 13, $_{20}$ in luctu HTAB inlustrans H *in marg.* (sed puto lectionem marginalem ad verbum *illustravit* (lin. 17) pertinere.

Quae omnes quomodo intellegendae sint lectiones minime apparet. coniecturae igitur non videntur esse, ita ut eas non a Guarnerio additas esse sed iam prius in H exstitisse putaverim.

Sunt et aliae, de quibus dubitemus; sed longum est neque ullum fructum affert, omnes lectiones varias ex ordine enumerare.[1] nos quidem iis, quae certe vel antiquae vel a Guarnerio ex X additae sunt, contenti simus. a Guarnerio autem ex X additae esse hae videntur:

(c. 17) 9, $_{31}$ bregantum HTBA m^2 Bregantium A m^1 bregantū H *in marg.*

---

1. Mitto ad Ann I p. 107—115.

(c. 31) 14, $_{13}$ fortunaeque HT; que H *in marg.;* fortunae quae A; q; A *in marg.* fortunæ quæ B.

Utroque loco in margine codicis H idem scriptum est atque in contextu. lectionem igitur marginalem non genuinam esse, sed ex X, ubi, id quod ex A et B intellegitur, aliquid aliud scriptum erat, in H invasisse manifestum est. accedunt loci, quibus, quae in H plerumque recta addita sunt, in T non irruperunt.

(c. 21) 11, $_{13}$ qui& i in otio H qui& in otio T quieti et otio ABH *in marg.*

(c. 22) 11, $_{23}$ agricola HT ab Agricola AB ab H *in marg.*

(c. 22) 11, $_{24}$ ac HTA aut B *et* H *in marg.*

(c. 22) 11, $_{29}$ conuitiis HT conuiciis H *in marg.* conui$\overset{c}{u}$iis A conuiuiis B.

Quo loco correctio in H non nisi ad rem orthographicam, in A autem, i. e. X, ad sensum pertinet.

Caput V.

De Germaniae codicibus E et T.

§ 1.

Librum T codicis E gemellum esse demonstratur.

Primum quidem eos locos, quibus T et E inter se differentes ad verum exquirendum nobis auxilio esse possunt, tabula referam. (numeri sunt editionis Muellenhoffianae.[1]) [2]

Tabula VIII.

cap.	
1, $_{11}$	Septimū // (*eras.* s) E septimū [N.] T *corr* Ta
2, $_{13}$	ei EB et TYb
2, $_{16}$	hermiones EXC hermi$\overset{n}{o}$nes Tβ (corrector libri b) herminones c

1. Germania antiqua ed. Carolus Muellenhoffius. Berolini apud Weidmannos 1873.

2. Vaeritates, quae ad orthographiam pertinent, proferre mihi visum non est. nam ut exemplum afferam 25. 5 EX officia TY offitia praebent, sed duplicem codicis H lectionem exstitisse hoc loco opinari stulti est, eiusdemque modi exempla rei orthographicae satis neglegenter a scribis adhibitae permulta afferre possum.

cap.	
2, 23	sū (*post* u *rasura*) E sūt C sint TXc
3, 12	Asciburgūqȝ E Asciburgiumque TBc
4, 4	abitus E habitus TXY
5, 1	spæ E spe˜ C spem T *corr. in* spei T^1 spetie c specie X
7, 16	numerare EBc enumerare b numerate Tc
12, 11	concilijs EXY comitiis T
13, 1	pu^{ce} E pub^{e} T plu^{ce} C publicae Xc
13, 4	cū EXc m^2 tum TYβ cum^{eum} Ta
13, 7	rei publice E rei pub^{ce} T
13, 10	rubustioribus E robustioribus TXY
14, 2	ūici E uinci XY uiam T
14, 11	ancipi//tia E ancipiatia T corr T^1
15, 4	penatum E penatium TXY
15, 6	ijsdem E iidem TXY
16, 1	nullis E nullas TXY
17, 1	exquisitus E exquisitius TXY
19, 1	pudicitiæ E pudicitia TXY
19, 17	finere† E finere T corr in finire T^1 finire XY
20, 16	si EXY sed T sed si R
26, 3	inuices EB uices C vices c inuice b inuices^m T
13, 7	rei publice E rei pub^{ce} T
29, 1	praecipui TXY *om.* E
29, 3	populus XE populis YT
34, 1	Dulgicubini ET Dulgibnm *(omissis punctis)* E *in marg.* Dulgibnii T *in marg.*
35, 2	septemtrioni E septemtrionē TXY
	a primo E a primo T ac primo corr T^1 XY
35, 12	iurium E uirium TXY
36, 3	iocundius E iucundius TXY
36, 4	impotentis E potentis T impotentes Yb ῑpotentes B
39, 13	auctoritate E auctoritatem TXY
40, 18	saciatam E satiatam TXY
45, 36	Suionibus EXY Si uonibus T *corr* T^2
46, 1	Peucinorum ET Peucurorum T *in marg.*
	Peucinorum^{zcuro} B Peucinorum^{peucurorum} c c^2.

Quae variae lectiones hoc modo discerni possunt:

I. Loci, quibus T praebet aliqua in E deficientia.

26, 3 inuices E inuices^m T. Ex ceteris libris manu scriptis elucescit in libro H variatam fuisse lectionem.

29, 1 praecipui T om. E. quod verbum a Guarnerio invito omissum cum in T similiter atque in X et Y textu non interrupto exstet, T ex E non sumpsisse solis luce clarius est.

46, $_{1}$ Peucinorum ET Peucurorum T in marg.
Hoc quoque loco T variam lectionem ab E omissam praebet.

II. Qui loci hisce iuvantur, quibus, cum E in errore sit, T veram lectionem praebet.

2, $_{13}$; 2, $_{23}$; 3, $_{12}$; 4, $_{4}$; 13, $_{10}$; 14, $_{17}$. 15, $_{4}$, 15, $_{6}$, 16, $_{1}$, 17. $_{7}$. 19, $_{1}$; 35, $_{12}$; 36, $_{3}$; 39, $_{13}$; 40, $_{18}$.

Codicem, qui sedecim locis cum ceteris codicibus congruens recte perscriptus sit, ex codice, qui iisdem locis in textu ex archetypo depromendo erravit, originem non cepisse plane consentaneum est. igitur codices E et T geminos codicis Z[3]. esse filios demonstrasse mihi videor.

III. Accedunt nonnulli loci, quibus codicum E et T varia lectio ex communis archetypi lectione quomodo fluxerit, intellegi potest.

1, $_{11}$ Uterque codex litteram *s* primo scriptam delevit et septimus in septimum mutavit. verisimile mihi est codicem Z *septimus* praebuisse, quod in *septimum* mutandum esse facile cognosci poterat, ita ut et Guarnerius et Angelus Grillus, qui T perscripsit, litteram correxerint.

5, $_{1}$ spē E spem T *corr. in* spei T[1]. quam rem Annibaldius summi momenti esse arbitrabatur, cum diceret codicis T errorem ex codicis E compendio fluxisse. sed hoc compendium non solum iam in libro Z, sed etiam in Y exstitisse ostendi potest. conferas quaeso

9, $_{8}$ spetiem Ec spēm TC
16, $_{7}$ spem C, *et nostro loco*
5, $_{1}$ spe˜ C.

Codicem Z igitur 5, $_{1}$ *spē*, 9, $_{8}$ *spēm* scripsisse, quod alterum E alterum T ita in textu posuit, neque recte Annibaldium hunc locum attulisse dilucidum est.

12, $_{11}$ concilijs E comitiis T. quo loco palaeographia nobis succurrit. nam ex veterum scribendi ratione *m* pro *n* + *c* et pro *m*, *t* pro *l* et pro *t* haberi posse neminem fugit, ita ut ex scriptura codicis Z non satis dilucida codex T hoc vitium admiserit.

13, $_{1}$ coll. 13, $_{7}$: in Z *pub* utroque loco scriptum fuisse conicio.

14, $_{2}$ ūici E uiam T. hoc quoque loco palaeographia subsidio

3. cf. cap I.

nobis est. nam si in Z scriptum erat *uia*, hoc et *vinci* et *viam* scribae interpretari poterant.

34, 1 Annibaldius[4] dicit in E utramque i puncto carere. hoc idem nescio an in Z fuerit Dulgibm. idem fuisse puto.

45, 36 Smonibus.


36, 4 In Z scriptum fuisse ipotentis conicio, quod E recte solvit, T autem omissa littera i scripsit; facilius enim i quam im intercidere potest (cf. Agr. c 21 p. 11, 13 Hed.)

Cum igitur T tribus locis plura in textu habeat quam E, sedecim locis T ab E in melius differat, nonnullis aliis locis, si communem archetypum librorum E et T conicimus, omnia bene explicare possimus, non T ex E, sed E et T ex Z communem originem ceperunt. nam codicem Z inter H et E ponendum esse Schoenemannius[5] recte demonstravit.

§ 2.

De reliquis Germaniae classis E codicibus.

Idem vir doctus de ceterorum classis E quae vocatur codicum nexu considerate atque prudenter egit[6] hocque stemma promulgavit.



Quae cum scriberet, T ex E exscriptum non esse nescivit. nos autem Z ex E et T recuperandum esse nobis persuasimus. quodsi rogas, quid ad hoc ceteri eiusdem stirpis codices valeant, hasce tabulas apud Schoenemannium[7] positas quaeso inquiras.

Tabula IX.

c.	ET *mutili*	N 12 ℜLOR *incorrupti*
33, 6	*om.*	invidere XY
37, 25	*om.*	versae XY
45, 29/30	*om.*	terris-solis XY
46. 13	*om.*	sunt XY
46, 29	*om.*	ego XY


4. Ann II p 83/84.
5. l. c. p 4/5.
6. l. c. p 32.
7. l. c. p 9—11.

Tabula X.

c.	ET	N12 ℜLO (R)
2, 17	deos	deo XY
7, 9	effigies R	effigiesque XY
10, 24	depopularium	popularium XY
13, 9	adolescentibus	adolescentulis (XY)
14, 2	virtute principem	virtutem principis XY
14, 14	illamque	illam XY
20, 1	atque	ac XY
22, 3	hyemis	hyems *(varie)* XY
22, 14	aut	nec XY
37, 3	coloribus	odoribus XY
37, 4	equis	equus XY
38, 4	communi	commune XY
44, 10	causa	clausa XY
45, 9	abluuntur	adluuntur XY
45, 10	proprior	propior XY

Quibus rebus diligenter perpensis apparere mihi videtur omnes ceteros praeter E T codices classis E vel potius Z ex exemplari classis Z ad classis X vel Y exemplar correcto, codice mixto, ut ita dicam, provenisse.

Codicis R conspectum nuper accurate dedit Annibaldius,[8] quem secutus, quia in textu multae interpolationes coniecturaeque grassantur, codicis R fontes satis dilucide separari posse nego.



§ 3.

De codice Z.

Quae cum ita sint, ad librum Z recuperandum non nisi codicibus E et T utendum est. quid autem huic rei insistendo effecerim, velim ex tabulae XI infra addita cognoscas, ubi omnia,

8. Ann. II p 86—88.

quae singulis locis in Z scripta fuisse puto, enumeravi praeter lectiones varias, quas in Z exstitisse arbitror. quarum eas, quas etiam in B scriptas invenimus codicique Hersfeldensi tribuere possumus, suo loco tractabo; de eis autem, quae et in E et in T inveniuntur, mitto ad Annibaldii[9] tabulam; sed eas, quas ex codicum T et E comparatione recuperavisse mihi videor, hoc loco afferam.

2, $_{13}$ ei EB et TbY Mescio, an non hoc vitium et in E et in B exstans casu quodam irruerit, sed potius aut in codice H lectionem variatam aut in H obscure scriptam bis a X et Z notatam esse crediderim.

2, $_{16}$ hermiones EXC herminones c $\text{hermi}\overset{n}{\text{o}}\text{nes}$ β T (n supr. T[1]). n illud a T[1], quod probante Abbotio in ipso perscribendi tempore ex exemplari correctum esse puto, cum etiam in c exstet, non a Grillo suo ingenio additum, sed ex Z sumptum esse existumo, ita ut et in Z et in Y *$\text{her}\overset{n}{\text{m}}\text{iones}$* vel tale scriptum fuerit. hoc autem ex H fluxisse verisimile est.

2, $_{23}$ sū E sūt G, sint TXc. hoc quoque loco coll. c. 4, 10 $\text{assuever}\overset{u}{\text{i}}\text{nt}$ E assueverunt B $\text{assuever}\overset{i}{\text{u}}\text{nt}$ TY variam fuisse lectionem existumo et in Z et in Y, i. e. in H.

7, $_{16}$ numerare EBc enumerare b numerat TC. codicum Y et Z varia lectio mihi videtur fuisse.

13, $_{4}$ cū EXc[2] tum TYβ $\overset{\text{eum}}{\text{cum}}$ Ta. quod non vitium codicis Y sed codicis H et codicis Z duplicem lectionem fuisse T et E contestantur.

20, $_{16}$ si EXY sed T sed si R. nescio an in Z, quod unum Riminensis praeter alios fontem fuisse constat, scriptum fuerit *$\overset{\text{sed}}{\text{si}}$* aut *$\overset{\text{si}}{\text{sed}}$*.

26, $_{3}$ inuices EB inuicē b uices C uiceș c $\overset{\text{m}}{\text{inuices}}$ T. T solum lectionem variam servasse apparet.

29, $_{8}$ populis YT popules XE
scriptum in Z et H fuisse *$\text{popul}\overset{i}{\text{u}}\text{s}$* conicio.

29, $_{8}$ collationibus ETbY collocationibus c[2]β et E *in marg.*

---

9. Ann. II p 81.

In Z et X lectio variata erat.

Nunc de codice Z recuperando satis dictum est. accedo igitur ad codicis Z cum X et Y comparationem, qua, quid ad codicem H et ad textum constituendum Z valeat, apparebit.

Tabula XI.

c.	XY (vel Muellenhoff)	Z
1, 2	danubio (vio C)	Danubio
1, 11	septimum	septimus (T *et* E *corr.*)
2, 12	Tuistonem Cβ Muell.	Tuisconē
17	deo	deos
18	Gābriuios *vel tale*	Gambriuios c
24	omnes	omēs E oms T
25	etiam XC	*om.* c
3, 13	incolitur Ta	colitur
16	monumentaque	monimentaq;
5, 1	specie	spē (spe˜ C)
20	magis quam	magis q
6. 5	comminus	cominus b
12	variare	varietate
7, 6	ne verberare	neq; uerberare
9	effigiesque	effigies
9, 8	assimulare	assimilare
10, 5	fortuito	fortuitu
12	interrogare	interogare
19	om Xc	sed C
24	popularium	depopularium
11, 2	omnes	ōmes
4	incidit	inciderit
10	nec ut iussi	nec iiussi E ne iniussi T
11	coeuntium	cætuum
12, 7	abscondi	ascondi
13, 4	pater	ipsi (p̄t Ta in marg.)
9	adolescentulis	adolescentibus
11	etiam	et˜ &
16	*om.*	et
18	cuique	*om (sed in marg. Ta)*
14, 2	virtutem principis	virtute principē
6	praecipuum	precipuum
9	adolescentium	adolescentum
11	ancipitia	ancipiatia (TE *corr.*)
14	illam	illamq;
16, 5	et	om *(sed Ta adsc.)*
16	populatur	populatio
17	ignorantur	ignoranter

c.	XY (vel Muellenhoff)	Z
17, 3	locupletissimi	locuplectissimi
9	beluarum	belluarum
11	amictibus	admictibus
18, 19	vivendum	viventes
19	pariendum (pereundum b)	parientes †
19, 17	finire	finere (T corr. E finere) funere LR
20, 1	ac	atqȝ
7	inexhausta	inexaucta
22, 1	e somno Yβ	.N. (enim X)
7	vinolentos	vinulentos
14	nec	aut
25, 9	est	om.
11	iis	his
27, 3	odoribus	coloribus
4	equus	equis
28, 8	Boii	Boi
25	collocati	collati
29, 3	populus X populis Y	populis (u supra)
✱	pars	par
30, 6	artus	arctus
31, 2	consensum	conventum
32, 9	natu	natui (T^2 *corr.*)
33, 6	invidere	om.
34, 8	illa	illa (*marg.* illis)
11	consensimus	consensimus (*marg.* consuevimus)
35, 4	litoris	littoris
7	et	om.
13	iniurias	iniuriā
36, 2	ac	& (ac supra)
37, 9	si	om.
37, 10	consulatum (conᵗᵘȝ B)	conventum
11	Germania	in Germania
17	obiecerit	obiecerunt
25	versae	om.
28	inde	inde (*marg.* nani)
38, 6	sic	sicut (*marg.* sic)
39, 6	horrenda	horrentia
40, 2	cincti	cuncti
40, 5	Suarines	Suarines (*marg.* Suardones) Muell.
20	servi	seui (*corr.* T^2)
42, 3	ipsa etiam	&" ipa *(cum signo transpositions)*
8	Tudri	Trudi
44, 10	clausa	causa

c.	XY	Z
45, 5	deorum	deorum (*marg.* eorum)
10	propior	proprior
19	quaeue	queúe [*marg.* úo]
22	perfertur	profertur
27	igitur	ergo
29	terrisque inesse crediderim quae vicini solis	*om.*
46, 13	sunt	*om.*
16	solae	sola
25	difficillimam Y difficilem X	difficilē^{imam} *(iam in H.)*

Quorum locorum his Z veram a codicibus X et Y servatam lectionem corrupit.

$1,_{11}$; $2,_{12}$; $2,_{17}$; $2,_{25}$; $3,_{13}$; $3,_{16}$; $5,_{20}$; $6,_{12}$; $7,_{6}$; $7,_{9}$; $10,_{24}$; $11,_{4}$; $11,_{10}$; $13,_{4}$; $13,_{9}$; $13,_{11}$; $13,_{16}$; $13,_{18}$; $14,_{2}$; $14,_{9}$; $14,_{14}$; $16,_{5}$; $16,_{16}$; $18,_{19}$ (bis); $19,_{17}$; $20,_{1}$; $20,_{7}$; $22,_{1}$; $22,_{3}$; $22,_{7}$; $22,_{14}$; $25,_{9}$; $25,_{11}$; $27,_{3}$; $27,_{4}$; $28,_{25}$; $29,_{22}$; $31,_{2}$; $32,_{9}$; $33,_{6}$; $35,_{7}$; $35,_{13}$; $37,_{9}$; $37,_{10}$; $37,_{11}$; $37,_{17}$; $37,_{25}$; $38,_{6}$; $39,_{6}$; $40,_{2}$; $40,_{20}$; $42,_{1}$; $42,_{3}$; $42,_{8}$; $44,_{10}$; $45,_{10}$; $45,_{22}$; $45,_{27}$; $45,_{29}$; $46,_{13}$; $46,_{16}$; $49,_{29}$.

quibus codicis Z propriis vitiis allatis perspicuum est, Z idem fere atque X et Y valere, quos codices non minus corruptelis vexatos esse postremo Annibaldius[10] ostenidt. idem vir doctus codicem E (nos nunc dicemus Z) codici X magis quam Y affinem esse loco citato demonstravit multisque locis iam librum H corruptum fuisse recte affirmavit,[11] id quod, cum nova affere non possim, denuo tractare mihi opus non est.

§ 4.

De variis lectionibus.

Restat, ut de variis lectionibus, quas in H fuisse conicimus, nonnulla praestem. cuius rei specimen Annibaldius[12] paravit, sed cum paucae aut addendae aut demendae sint lectiones, paulo fusius tractare statui. nam eas, quae non in duobus vel omnibus librorum manuscriptorum stirpibus exstant, codici H sine ullo

10. Ann. II, p 78/79.
11. Ann. II, p. 77.
12. Ann. II, p 81.

dubio tribuendas esse nego. itaque non codicis H sed tantum libri Z lectiones varias fuisse puto has, quae non nisi in E et T exstent:

3,$_{4}$ Barditum — baritum
30,$_{9}$ occioes — occasiones
34,$_{8}$ illa — illis
34,$_{11}$ consensimus — consuevimus
35,$_{6}$ sinuetur — sinatur
38,$_{6}$ sicut — sic (sic XY)
45,$_{5}$ deorum — eorum
45,$_{19}$ queve — uo

Codici X aut B solis tribuendae sunt:

6,$_{19}$ delectos — dilectos B
12,$_{5}$ $^{\text{Al.g}}$crate B
22,$_{15}$ ioci — loci X
28,$_{9}$ Boịhemi — Boijemione B
46,$_{1}$ Suenie — suene B

Addendas puto esse hasce lectiones varias (cf § 3):

2,$_{13}$ ei — et
2,$_{16}$ Hermiones — hermi^{n}ones
2,$_{23}$ sunt — sint
7,$_{16}$ numerare — numerat
13,$_{4}$ cum — tum
26,$_{3}$ invices — invicem
29,$_{3}$ populus — populis
29,$_{8}$ collationibus — collocationibus.


Quod ad ceteras lectiones varias ab Annibaldio in tabulam relatas pertinet, cum eo facio, quod aut in T et B aut E et B duplices exstant aut in B modo variae exstantes reliquorum codicum contextu confirmantur.

Caput VI.

Conclusio.


Ad finem opusculi mec perveni; quo quid perfecerim, brevi conspectu ostendatur.

I. In Agricolae cap 1—12 nexus codicum hic est:




G in his capitibus ad X correctus est. ex T igitur et ex codicis G manu priore, quid in H scriptum fuerit, cognosci potest.

II. In Agricolae media parte (cap 12—40) affinitas librorum haec est:




Qua in parte codex H ipse superstes est. sed cum nonnullis correctionibus ex X illatis depravatus sit, libro T quasi coticula utendum est. nam cum, priusquam H ad Guarnerium veniret, liber T perscriptus sit, depravationes illae in T non irruperunt.

III. In Agricolae cap 40—46 hoc stemmate librorum nexus explicari potest:



IV. Germaniae codices hoc modo inter se cohaerent:



V. Quae cum longe aliter se habeant atque viri docti adhuc arbitrati sunt, nova Agricolae et Germaniae editione opus est. quod munus ipse aggressurus sum.

Vita.

Natus sum Gvernerus Jaekel Berolinensis anno h. s. II pridie kal. Jan. patre Ricardo matre Martha e gente Ewald, quos praematura morte mihi abreptos esse doleo. fidei addictus sum evangelicae. ex patris morte (a. VIII) soror aviae nomine Berta e gente Rabe, cui in provinciae Brandenburgiae oppidulo, quod Trebbin appellatur, ludus puerorum atque puellarum privatus erat, benigne me recepit; ubi initiis litterarum imbutus sum. cum anno h. s. XIV. Berolinum transmigravissemus, per duos annos usque ad anni XVI ver gymnasium, quod ex Humboldio nomen duxit, frequentavi. tum Potsdupinensis orphanotrophii civilis, quod nominatur, alumnus gymnasium e regina Victoria appellatum adii. Maturitatis testimonio autumno anni h. s. XX instructus sum. statim civibus academicis in alma litterarum universitate Berolinensi adscriptus sum neque aliorsum transmigravi. ac primum quidem studiis linguae Germanicae operam dedi, tum Graecorum atque Romanorum amore impulsus horum populorum linguis studui.

Sodalis fui ordinarius superioris ordinis proseminarii philologici, seminarii philologici, proseminarii germanici per bina semestria.

Docuerunt me viri doctissimi: Eißfeld, Fischel, E. Fränckel, Herrmann, Hübner, W. Jaeger, Klingner, P. Maas, Marcks, E. Meyer, Noack, E. Norden, Petersen, Pfeiffer, Regenbogen, Roethe, W. Schulze, Spranger, de Wilamowitz-Moellendorff, Wilcken.

Quibus viris omnibus imprimis Jaeger, Norden, Regenbogen, qui benignissime ac benevolentissime semper me adiuverunt, gratias ago maximas.